USUARDUS. BENEDICTUS DE NURSIA. GRANUM PASSIONIS. VARIA

Melk, bald nach 1418 Seite 281

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift

cellus et exsuperantius . primo eculeo sus-
pensi . deinde fustibus grauiter mactati
post ungulis abrasi . ustatum adus-
tione assati martirium compleuerunt . Venus-
tianus autem non multo post cum uxore et fi-
liis gladio necatus est . Sanctus uero sabinus
post manuum detruncationem et diutinam
carceris relegacionem . ad mortem usque
cesus est . Horum itaque martirium . licet diuiso
extitit tempore . una tamen recolitur die
¶ Rome sancti felicis episcopi ¶ Turonis
perpetui episcopi . qui plurium extitit fun-
dator ecclesiarum . ¶ Alexandrie sancti
mansueti martiris cum aliis decem .
Pridie kalendas Januarii . 31 decembris . B .
Rome natalis sancti siluestri primi pape . ri .
qui 34 post beatum petrum romanam
rexit ecclesiam annis 29 menses 6 . di-
es xi . Et plenus uirtutibus obiit in
pace . et sepultus est in cimiterio priscille
uia salaria . Cuius actus clari sunt
huius precepto . In nicena synodo con-
gregati sunt 318 episcopi . qui exposuerunt